

Numéro Scripta : 2797

Auteur(s) : Robert de Torigni, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1172

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Déclaration des fiefs de l'abbaye du Mont-Saint-Michel, présentée par l'abbé Robert au roi Henri II.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° XXXIII, p. 296-303.

Texte établi d'après a

Anno ab incarnatione Domini M° C° LXX° II° facta est hec intitlatio de numero militum et vavassorum hujus ecclesie, ex precepto domini regis Henrici secundi.

Anno ab incarnatione Domini M° C° LXX° II° convenerunt omnes barones Normannie Cadomi in nativitate beate Marie virginis, ex precepto regis Henrici secundi, et ibi recognitum est ab unoquoque baronum, ante justic[ias] regis, quot milites unusquisque baronum deberet ad servicium regis, et quot haberet ad suum proprium servitium, et unusquisque baronum fecit duos breves, unum cum sigillo, alterum sine sigillo : in sigillato autem erat tantummodo numerus militum quos debebant regi ; in altero non sigillato erant nomina eorumdem militum, et partes et divisiones ; et omnes isti breves baronum, tam sigillati quam non, asportati sunt et positi in thesaurario regis. Et pro hoc fecit Robertus abbas hanc intitulationem.

Anno ab incarnatione Domini M° C° LIII° , quando Robertus abbas venit ad regimen ecclesie Montis, ut de minimis taceamus, isti barones fecerunt ei homagia de tenementis que tenebant de ecclesia Beati Michaelis.

Comes Cestrie apud Sanctum Gabrielem de medietate de Bacilleio et de Verguncé et de Pelvin et de Berleria in Costantino. — Guillelmus de Sancto Johanne, Fulcho Paginellus, apud Sanctum Paternum. — Aschulfus de Suligneio et Jordanus Tessun, apud Genecium. — Guillelmus Avenel, de Meisnillo Adelée, apud Pontem Ursonis. — Gillebertus filius Aschulfi de Suligneio, apud Montem. — Fulcho Paginellus, post mortem ipsius Gilleberti, de tenemento ipsius Gilleberti, quia sororius ejus erat, apud Genetium. — Guillelmus de Abrincis, de Noant, apud Montem. — Robertus de Briencurt et Gaufridus de Venuiz, marchalli, apud Brettevillam. — Guillelmus Chamberlencus de Tancharvilla, apud Fulgerias, in exercitu in castris regis. — Guillelmus de Brae et Eudo de Tania et alii milites de Abrincatino, apud Montem. — Robertus de Sancto Johanne, de feudo Alani cujus filiam habebat, apud Montem. — Johannes de Chumburg, pincerna, de willa Melverne, apud Montem. — Hugo filius Hamerii et Rainaldus Grimbaldus, apud Montem. — Guillelmus de Orival, apud Montem. — Robertus de Tot et Raginaldus de Meisnillo, apud Montem. — Johannes de Suligneio, apud Montem. — Hugo Mala Herba et Gellinus de Mundevilla, et Robertus de Missé et Radulfus de Cleci, et Radulfus Taillebois, apud Brettevillam. — Radulfus Tessun, in capitulo, apud Montem.

Abbas Montis debet VII milites cum loriceis ad servicium regis : tres in Abrincatino et tres in Constantino ; septimum in Baiocasino.

Hii sunt milites de Abrincatino.

Comes Cestrie debet facere medietatem unius militis de Bacilleio. — Willelmus de Sancto Johanne, aliam medietatem, de feudo Sancti Johannis. — Radulfus de Fulgeriis debet facere unum militem de medietate de Buillon et de Chavei et de quadam parte Olivi. Istud autem servitium debet facere pro eo Bertramnus de Verdum, filius Normanni. — Item, Radulfus de Fulgeriis debet facere terciam partem unius militis de Maidreio. — Eudo de Tanie et Thomas de Belveer et Rogerus Baillard, alteram terciam partem. De ista tercia parte Eudo de Tanie debet facere duas partes, et Thomas de Belveer et Rogerus Baillard terciam, et de ista ultima tercia parte Thomas de Belveer debet facere duas partes, et Rogerus Baillard terciam. — Willelmus de Abrincis de Noeant et Hamo de Macé et Ruall[onus] de Macé, terciam partem unius militis, et de ista tercia parte Noeant facit tres partes, et Macé quartam. Hii sunt milites de Constantino.

Fulcho Paginellus debet unum militem de Bricchevilla et de Unnovilla, et Gaufredus de Bricchevilla debet facere hoc servicium pro eo. — Willelmus de Musca debet unum militem de Masnillo Drogonis et de Sancto Ursino. — Robertus de Boscho debet unum militem, et auxiliatur ei ad hoc servicium feudum de Croem, quod tenent Gaufredus de Bricchevilla et Willelmus de Verdum, et masura Heriz, quam tenet Robertus de Monte Aquile et Willelmus de Leseaus.

Auxilia Roberti de Boscho faciunt custodiam apud Montem.

Isti sunt vavassores de Abrincatino ad servicium ecclesie Montis cum scuto et lancea. — Hoel est liber vavassor cum scuto et lancea. — Eudo de Tanie similiter, habens duas vavassorias, unam apud Winnes, aliam apud Ardevun, quam Ruell[onus] de Hume tenet de illo. — Willelmus Chauceboef, similiter de duabus vavassoriis, quarum una est de feudo Badelun, altera de feudo sui patris. — Tomas de Belveer, liber vavassor. — Feudum Rogeri Ruffi, liber vavassor. — Gelduinus de Aucé, et Gaufredus filius Michaelis, et Aschuil Bresard, liberi vavassores. — Willelmus de Braé, similiter de Brahé. — Feudum Rogeri de Curé, liber vavassor. — Ruell[onus] de Macé, liber vavassor de duabus vavassoriis. — Hamo de Macé, liber vavassor.

In honore Crucis, Ricardus de Vilers, liber vavassor. — Willelmus de Braé et Moricius de Ruffinni et Amelinus de Burdunai, similiter. — Isti supradicti faciunt custodiam apud Montem, preter illos de honore Crucis, qui servant unam portarum de castello Sancti Jacobi, quando exercitus Normannie alicubi progreditur.

In honore Genecii tres liberi vavassores : feudum Hugonis pretoris, et feudum Willelmi filii Morini, et feudum Radulfi filii Wimundi, quod modo habet Willelmus de Verdum.

In honore Sancti Paterni comes de Arundel est vavassor de Longavilla. — Item idem vavassor de dimidia Dunvilla. — Alanus de Sancto Petro, vavassor de alia medietate de Dunvilla. — Fulcho Paginellus, vavassor de Chantelo. — Idem vavassor de Sancto Martino Vetere. — Idem vavassor de dimidia Brevilla. — Idem vavassor de Torta Zavata. — Idem vavassor de Tilia et de Fulebech. — Nicholaus de Tot cum Radulfo de Poterel liber vavassor de Herengavilla, cum scuto et lancea. — Gaufredus Baldevinus, liber vavassor. — Rannulfus de Nevilla, vavassor. — Raginaldus de Brevilla, vavassor de Piro.

De minis[terio] de Sancto Paterno. — Willelmus de Sancto Johanne in Hiquelun, de feudo Malregard vavassor. — Idem de feudo Gaufredi de Greinvilla vav[assor] in Hiquelun. — Idem de feudo Marsite vavassor in Hiquelun. — Idem de feudo Nigelli de Greinvilla vavassor in Hiquelun. — Philippus de Leseauls, vavassor. — Hugo de Grandvilla, vavassor de feudo de Grandvilla. — Willelmus de Vastinneio, de feudo Prime, vavassor in Greinvilla. — Idem de feudo de Vastinneio vavassor. — Philippus de Greinvilla, vavassor in Greinvilla — Rogerus de Pascheio, vavassor de Anshetevilla.

De minist[er]io Deserti. — Comes Cestrie, vavassor de feudo de Berlière. — Fulcho Paginellus, vavassor de Uchinneio.

In Pomeria. — Willelmus de Sancto Johanne, vavassor de feudo Gaufridi Meisnie, in Pomeria. — Idem ibidem vavassor de feudo Torgelin. — Idem vavassor de feudo Cornard ibidem. — Idem vavassor ibidem de feudo Cocorum. — Ricardus de Tabula, vavassor in parrochia Sancti Johannis. — Masura Calcebof, liber vavassor.

Feudum de Columba, quod tenet Jordanus Tessun, facit decimam partem tocius servicii contra Sanctum Paternum. Isti supranominati de honore Sancti Paterni, qui sunt liberi vavassores, faciunt custodiam apud Montem, et procedunt cum scuto et lancea cum abbate, si inde fuerint summoniti ad capiendum nammum, vel ad alia negocia, ita ut eodem die possint reverti ad domos suas. Et preter istos, alii minuti vavassores quam plurimi faciunt custodiam apud Montem, et portant pannos monachorum.

In honore de Brettevilla. — Willelmus camerarius de Tancharvilla, liber vavassor. — Willelmus de Brée, similiter. — Feudum de Ardevun, quod tenet Robertus Belet, vavassor. — Robertus de Missi, vavassor. — Hugo Mala Herba, vavassor. — Feudum Puncelini vavassor. — Radulfus filius Auvredi, vavassor. — Radulfus Taillebois, vavassor. — Feudum Radulfi de Clecé, vavassor. — Feudum Goelleni de Amundevilla, vavassor. — Feudum Geudevin de Versun, vavassor. — Jordanus Tessun, vavassor de quodam molendino quod tenet de Sancto Michaeli, et Willelmus Patricius de eo. — Vavassores de Baiocasino, inter Ounam et Viram, faciunt unum militem cum lorica et armis ad servicium domini Normanniæ, quando milites Sancti Michaelis faciunt illud.

Vavassores de Versun et de Brettevilla. — Guillelmus chamberlencus de Tancharvilla, XL acras terre et XXX in uno molendino. — Alexander, chamberlencus regis, L acras. — Ricardus de Versun, marescallus regis, LX acras. — Guillelmus de Brée, septies XX acras. — Goldevinus de Versun, sexies XX acras. — Molendinum Patricii, quod Jordanus Tessun tenet, et molendinum medium quod Gaufridus mar[es]callus et Robertus de Bruicurt tenent, LXX acras. — Goellenus de Mundevilla, L acras. — Terra de Greinvilla, X acras. — Radulfus de Cleci, septies XX acras. — Radulfus Taillebois, de molendino Turneht, XXX acras. — Feudum Puncelini, quater XX acras. — Radulfus filius Alvredi, XXX acras. — Robertus de Missi, XL acras. — Hugo Mala Herba, XL acras. — Feudum Ardevonis, quod tenet Robertus Belet, et Robertus de la Martre, XXV acras. — Rogerus filius Turstini, XX acras. — Guillelmus filius Tierri, XV acras. — Feudum Roberti de Buevilla, quod modo habet Johannes filius Roberti filii Bernardi, XII acras. — Terra Franconis, XII acras. — Terra Roberti sacerdotis, VII acras. — Isti vavassores faciunt unum plenum militem cum equis et armis ad servicium domini Normannie.